

et dicti imperatoris Caroli, als Custode: quarti consanguineus, und darunter andere Hand: Et hic finis libri.

Als Probe des späteren Theils habe ich folgendes ausgeschrieben, das auf unbekannte Quellen hinweist.

f. 275'. Anno Domini 1299. Adulphus (so) rex Romanorum et Alamanie anno regni sui sexto magnum congregavit exercitum contra Albertum ducem Austrie, filium Radulphi quondam regis Romanorum, qui sua potencia fretus regem Adulphum et imperium ausus est invadere. Unde eciam magno conflato exercitu inter regem ipsum Adulphum et ducem Albertum bellum campestre committitur inter Wornatiam et Spiram in campis Pochenheim¹⁾ versus montes prope Liningen. Huic bello personaliter interfuit dominus Gerardus archiepiscopus Maguntinus de domo nobili de Eppensteyn Maguntin. dioc. oriundus. De qua domo fuerunt quasi successive quinque archiepiscopi Maguntin., ex quibus iste Gerardus fuit ultimus. Isti multum prefuerunt (so) ecclesie Maguntin. Nam unus eorum Siffredus nomine 40 annis ecclesiam Maguntin. rexit et 28 castra et fortalicia vi armorum ecclesie acquisivit. Alter vero Gerardus de eadem domo in tercia parte prebendas canonicorum auxit. Iste vero Gerardus ultimus ex sequela archiepiscoporum Treverensis et Coloniensis primo dictum Adulphum de Nasau in regem Romanorum eligi procuravit, qui factus rex quoddam patibulum seu quandam justiciam que ab antiquo fuit illorum de Eppensteyn in campis prope Wisbaden in Mechtelhusen, ubi homines comitatus de Nasau respondere super injuriis tenentur, deposuit et destruxit. Unde turbatus dominus Gotfridus tunc dominus de Eppensteyn, avus domini Evrardi moderni domini de Eppensteyn, et frater domini Gerardi predicti, conqueritur apud fratrem de injuria sibi facta per regem, et extunc ipse archiepiscopus cogitare cepit, quomodo Adulphum regem disturbaret, et mittens pro Alberto duce Austrie, qui ad imperium hanhelabat, ut est dictum, et faventibus Treverensi et Coloniensi archiepiscopis cum duce Alberto in campis predictis inunxit exercitum, et commisso cum rege Adulpho bello, rex Adulphus occiditur. Quo mortuo, dictus dominus Gerardus et frater suus Godefridus dominus de Eppensteyn ducem Albertum ad campum illius de Eppensteyn ante Franckefordiam duxerunt, ubi omnes reges Romanorum in discordia electi per sex septimanas et duos dies stare debent, atque Treverensi et Coloniensi faventibus ipsum Albertum in regem Romanorum eligi procurarunt, qui sic electus Aquisgrani solemniter extitit coronatus anno Domini 1298.

1) Bockenheim östlich von Göllheim, nach dem die Schlacht gewöhnlich bezeichnet wird.

(Die Fortsetzung der Beilagen folgt im nächsten Heft.)